

Item dixit, quod iam in dicta preparaverat ultra XL^{ia} portegras, XVI balistas, X loricas et quam plures targones¹ illa nocte, et alia arma ad dictam domum portata fuissent.

Dixit etiam idem dominus Steph[anus], quod licet ipse narrasset dictis eius complicitibus et sequacibus supradictas tres vias ad dictam libertatem recuperandam, quod nichilominus ipse cognoscebat et certum erat, quod due prime vie suprascripte non erat sufficientes, et quod ipse non dubitabat, dum ipse Capitolium invaderet et caperetur et per Romam clamando: vivat libertas, discurreret, aut primo per Romam discurreret et demum Capitolium caperet, interim inde s[anc]tissimus d[omi]nus n[oster] papa castrum sancti Angeli intraret et pro suis gentibus armorum mitteret et tam cum dictis eius gentibus quam cum favore et auxilio eiusdem maximi domini, quem summe amari et affectionari ipsi s[anc]tissimo d[omi]no n[ostro] pape sciebat, ipsum dominum Steph[anum] et omnes suos periclitaret et Romam recuperaret et ad pristinum statum reduceret, et quod propterea ipse dominus Stephanus deliberaverat tertiam viam capere et ordinem infradicendum tenere. Nam decreverat, quod nocte precedente diem sabati, in qua die erat festum Epiphanie et in qua die credebat s[anc]tissimum d[omi]num n[ost]rum papam in ecclesia sancti Petri celebrare et ibidem omnes dominos cardinales et prelatos interesse, discurrere per Ro[mam] et personaliter amicos et benevolos suos requirere et cum ipsis et aliis supradictis, quos ut asseruit non dubitabat, quod excessissent numerum CCCC armatorum, se dirigere versus dictum pallacium s[anc]tissimi d[omi]ni pape faciendo viam per Transiberim, et cum essent post dictam ecclesiam sancti Petri iuxta cassalinos² et domunculas inhabitatas ibidem sitas, dictos armatos in quatuor partes seu quadras dividere et ipsos in dictis domunculis recondere et ordinem dare, quod die adveniente, cum certificatus fuisset quod s[anc]tissimus d[omi]nus n[oster] papa esset cum suis cardinalibus et prelati in capella ecclesie sancti Petri, quod dictae squadre exirent et una ad portam dictae ecclesie sancti Petri versus Iuliam,³ alia versus portam pallacii predicti, alia versus portam dictae ecclesie a parte anteriori transferrent et invaderent, et quod quarta staret in platea ecclesie predictae ad succurrendum, ubi opus fuisset.

Dixit etiam, prout suum propositum, cum ad finem deducere potuisset, ordinare decreverat, quod dicti armati quoscunque eis impedimentum dare volentes seu in dicta ecclesia vel extra percenterent, vulserent et interficerent et ipsum s[anc]tissimum d[omi]num n[ost]rum

* Cod. 1 = verso Iuliam = una cassalino del currentore con punti.

¹ = targa, v. DU CANGE.

² Vedi DU CANGE.

³ Come gentilmente mi comunicò S. E. il cons. int. ALFREDO V. REUMONT, qui dovrebbe intendersi l'obelisco vaticano (guglia), che stava tuttavia al suo antico sito nel circo neroniano. Una pietra con iscrizione, vicino alla sagrestia di S. Pietro, indica esattamente oggi pure l'antico posto.